

- 123 Fructus vero harum Ecclesiarum Sede vacante ad Successorem de Jure spectant, *cap. Quia sepe, de elect. in 6. Clem. Statutum, eod. tit. Rota in Salamantina residentia, 12. Decembris 1578. coram S. Clem. VIII. approbata in dicto Gerunden. quae est decisio 75. post tract. Tambur. n. 14. Boet. dec. 340. Covar. in c. Relatum, el. segundo, n. 3. de testam. Barbo. in Collect. ad tex. in d. c. Quia sepe, nu. 3. Capitula vero quae in tali administratione se immiscuerunt, eam occupando, suspensionem incurunt; d. cap. Quia sepe, non quod in Communicatam feratur suspensio, sed in singulos Communitatis: prout explicat Suar. de Cons. tom. 5. disp. 28. sect. 6. & 7. Ad idem videndus Bonac. de Suspens. disp. 3. qu. 4. p. 1. 15. dispositio vero text. in d. c. Quia sepe, non habet locum in Ecclesiis inferioribus Cathedralibus & Collegiatis exemptis; sed dispositio text. in cap. Presentis, de offic. Ordin. in 6. ut ibidem notavit Barbo. n. 7. & dispositio text. in d. cap. Quia sepe, habet locum etiam si bona fuerit communia Episcopo & Capitulo: nam pro parte Episcopi, debent reservari futuro successori quotiescumque non deveniunt ex re individua, prout est collatio beneficiorum; sed casus vero si ex dividua prout sunt fructus: quo casu licet Capitulum succedat in administratione, non tamen in dominio: ut late decidit Rota d. dec. 75. n. 16.*
- 130 In dubio autem, Ecclesiae, & earum beneficia secularia, praesuntur; ex generali juris conclusionem, quae dicitur in dubio omnia beneficia secularia praesumi, ex prima v. S. Petri Apostoli institutione, qui secularis erat: Mascard. de probat. concl. 172. Beneficium regulare, n. 4. Franc. Tondut. de Sanleg. in q. benef. p. 1. c. 40. m. 1. & diximus c. 14. de Eccles. Cath. sec. presen. statum.
- 133 Verum quia diximus duo posse esse Capitula, ut accidit Mediolani in Ecclesia sancti Ambrosii, de qua praeter supra allegata adest decisio Rota 1408. coram Penna inter impressas secundum Lugdunensem impressionem, dubitari potest an Episcopo in Pontificalibus celebrante, finito officio, si Abbas celebrare debeat, an sit amovendum Baldachinum, & Sedes Episcopi: Et dicendum est non posse amoveri nam cum Episcopus intentionem habeat fundatam à Jure, etiam respectu Monasteriorum & Regularium, & respectu Exemptorum in quacumque Ecclesia, explorati Juris fit posse Episcopum in Pontificalibus celebrare, inferitur optime Seriem Episcopalem ad divina celebranda posse constitui jubere: ut optime fundamentis declaravit Rota in dicta decisio Penna 1408. quam omnino vide.
- 134 Sed quia materia hujus Capituli non est communis Episcoporum Regularium, idcirco de ipsis in praesenti non agimus: tantum enim sufficit Lectorem remittere, circa varia dubia, ad ea quae scripta reliquit Ricciolus in lucubr. Eccl. lib. 2. cap. 11. cum seq. Circa Canonicos vero istarum Ecclesiarum, plura poterant item congeri: pro nunc vero dicas eorum Dignitatem tantam esse, ut non solum Canonicali istos Canonicos fulgere, verum etiam Episcopali, ex Constitutione Benedicti XII. colligi doceat Philippus Porcius conf. 164. nu. 4. ubi de Archiepiscopatu nostro Caesaraugustano loquitur; quem dicit praesse Canonicorum Regularium Congregationi, quemadmodum de Avenionens. Ecclesia enumerat. Verum nostra Caesaraugustana à Clem. VIII. fuit secularizata anno 1604. & id quod ab hoc Auctore de hac Dignitate refertur, simile est Conciatoriibus, qui dum Sanctos laudare volunt, supra id quod debent extollunt: contra quos recte in venit Theophilus Raynaudus in tract. quem Dippya Mariana appellat; in prologo, n. 1. quibus, & ipsi Porcio convenit D. Augustini sententia in cap. Loentio, distinct. 38. dicentis: Locutio divinarum Scripturarum secundum cuiusque linguae proprietatem accipienda est: habet enim omnis lingua sua quaedam propria genera locutionum, quae cum in aliam transferuntur, videntur absurda: ut ad hoc propositum ponderavimus in tract. unica Cathed. Caesaraugust. c. 3. n. 8.
- Huc usque praesentis capituli discursus devenerat, quando occasione accepta cujusdam hris verentis in Tribunali Supremo Regiae Audientiae Caesaraugustano in prima instantia, nunc vero in secunda per viam appellationis ele-

tionis juris firmæ in Tribunali Domini Justitiae Aragonum, inter Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Caesaraugustanum, & Ecclesiam Regularem Beatae Mariae del Pilar Caesaraugustanae, in memoriam reduxi, quod cum Illustrissimus Dominus D. Petrus Apolaza Caesaraugustanus Archiepiscopus vellet illam Ecclesiam ingredi, tum ad reverendam Beatissimam Virginem ex singulari devotione, qua omnes Caesaraugustani illum prosequuntur, pro suo maximo erga nos amore ac beneficio fuit miraculose apparitionis, de qua alibi sepe mentionem fecimus, tum ad visitandum Parochiam, impeditus fuit ab illius Canonici sub praetextu quod Ecclesia illa erat exempta: quod cum confecti non potuissent, ad Ecclesiam illam venerabilem accedere, per viam apprehensionis (ita recusatam illum nos vocamus ad Tribunalia secularia superaddita) impedire procurant, intendentes nec Illustrissimum Archiepiscopos ibi cum Cruce Archiepiscopali ingredi, nec celebrare in Pontificalibus, nec assistere in Sede Pontificali tam in Choro, quam in Altari majori, nec coram se facere celebrari posse; ut alia omittam: imò ab ipsis omnia haec prohiberi posse: quae omnia cum in sententia Regiae Audientiae assidissent, per viam appellationis ad Curiam Justitiae Aragonum accesserunt, ubi actualiter lite pendente super his in sacra Rota, praetendunt Ecclesiam fuisse & esse Cathedralis infimam cum Metropolitana: mirabile quidem dictum, quod reperitur Ecclesia Metropolitana, cujus Archiepiscopus Cruce uti non potest in ea, nec celebrare absque licentia Canonico. Sed his omnis finem huic capiti imponamus. Imò his sic praehabitis, Cathedralitatem unitivam cum Metropolitana in sacra Rota obtinuerunt; sed adhuc speramus victoriam, Deo favente, qui veritatem est periclitari permittit, nunquam tamen perire vult: Sanctissimus enim D. Alexander Papa VII. causam fidei evocavit, ubi nunc pendet quando haec scribimus Anno 1663, de secunda Augusti.

Si vero plura de origine harum Ecclesiarum, & Canonicorum Regularium institutione, progressu, mutatione, privilegiis, & diversarum Ecclesiarum statu scire velis: consule laetissime Danielem de Nobilibus disputat. 44. in Addition. ad num. 13. ex num. 7. cum pluribus sequentibus, ubi plura inveniunt. Unum tamen omittere nolo, non repugnare in Cathedralibus Regularibus reperiri posse plura beneficia secularia, quae à Regularibus non conferantur nec provideantur: Duranus decisio 92. numer. 17. de quibus quaedam extant exempla in Hispania, ut Pamplionensis in regno Navarrae; & Dertusensis in Catalonia; in quibus omnes Portiones & Beneficia seculares sunt; imò in Montis Regalis Metropolitana Ecclesia sunt Canonici Monachi Sancti Benedicti, & omnes Clerici secundigradus sunt seculares: ut ex pluribus sacra Rota decisionibus coram Coccino hic allegatis satis patet. De Canonicis vero Regularibus adest optima decisio Rota 75. post tract. Tamburini de Jure Abbat. & quando Regulares praesumantur? vide Tondutium de Sanlegerio in question. & resolut. benef. questione 40. ex numer. 2. & questione 80. per tam. Quid si delinquant, extra Claustra vivendo de licentia Episcopi, in Parochiali unita? vide videndus Barbo. in Collect. ad Concil. sessione 6. de reformat. cap. 3. numer. 4. Et quid de eo qui sine licentia extra Claustra degit? vide eundem ad sessionem 7. de reformat. cap. 14. nu. 4.

## CAPUT XXXII.

De Ecclesiis Cathedralibus captivis in manibus Infidelium; sive ab hostibus detentis.

## SYMMARIUM.

Athenienses officia literaria ab officio militum separant, 1.  
Bella demoni introductis in caelo; Cain in terra, 2.  
Romulus bellorum introductor, & quomodo, 3.  
Militia nomen à quo originem trahat, 4.

Bel.

Bellorum mala, 5.  
Religionis amissio ex bellis, 6.  
Exemplum in Aragonia Corona, & Catalonia, 7.  
Ecclesia quibus modis dicatur captiva? Vbi plura exempla, 8.  
Ecclesia Caesaraugustana quo tempore captivata; quando, & ubi, & ex qua parte restituta, 9.  
Cathedralis in manibus Infidelium detenta, Cathedralis est, vel Metropolitana, vel Patriarchalis sicut prius, 10. 38. & 40. 49. 113.  
Assumpti ad Ecclesiam captivam verè sunt Episcopi, 11. 13.  
Episcopi harum Ecclesiarum quomodo nuncupentur, 12.  
Ad statum huius Episcopatus captivus rectè quis potest promoveri, 14.  
Beneficia, quae antea obtinebant talis promotus, non vacant, 15. 119.  
Beneficia promoti ad Episcopatum, quando vacant, 16. 119.  
Stylus Cancellariae attendi debet, 17.  
Episcopi harum Ecclesiarum, Ecclesias habent, sed sine administratione, 18. 31. & 137.  
Ad Concilium generale sunt vocandi, 19. Contra, 24.  
Omnia possunt, quae sunt Ordinis, & Dignitatis, 20.  
Sunt ultimi in loco, licet primi in Consecratione, 21.  
Idem procedit in Archiepiscopis, & Patriarchis Titularibus, 22. 137.  
Comites solitarii non retinent Dignitatem, sed tantum nomen, 23.  
Negotia Concilii generalis in iurisdictione consistunt, 24.  
Concilium generale ex quibus Episcopis componatur, 25.  
Patriarche quatuor Titulares vocantur ad Concilium generale, 26.  
In Concilio generali transgreditur ratione Dignitatis, 27.  
Episcopi non admittuntur in Concilio generali ante Consecrationem, 28.  
Illi qui assunt vice totius Ordinis Episcopalis vocantur, 29.  
Episcopi in Concilio generali tanquam Apostolorum successores suffragium dant, 30.  
Episcopi Ecclesiarum captivarum non carent iurisdictione, sed exercitio, 31. 137.  
Pontificalia exercere non possunt sine Episcopi licentia in cuius territorio sunt, sub poena suspensionis per annum, 32.  
Nominis Pontificalium quae intelligantur, 33.  
Redeunte civitate, Cathedralis redit cum privilegiis & honoribus, 34.  
Ex restitutione rei ad pristinum statum, nemini sit iniuria, 35.  
Episcopi & Prebendati licet incompatibilia obtinerint beneficia, ad captivam Ecclesiam restitutam possunt reverti, 36.  
Destituta Ecclesia, & amissa privilegia, non redeunt etiam si iterum edificetur, 37.  
Separato exercitio, non separatur Dignitas, 39.  
Episcopo captivo, eius Dignitas conferri non potest, 40.  
In restitutione Cathedralium captivarum quid observandum, 41.  
Beneficia Ecclesiae captivae an inducant incompatibilitatem, & an de eis sit facienda mentio in impetratione, 42. & seqq. 47.  
Haec praebenda vacant, & conferuntur, 43.  
Vbi adest spes recuperationis civitatis, vel non; & differentia utriusque casus, 44.  
Cura habitualis quo casu faciendi est mentio, ibi & 45.  
An praebendae harum Ecclesiarum comprehendantur in decreto Concilii suscipiendi Ordines, & alia onera Cathedralium, 46.  
Spes redeundi in his Cathedralibus ex quibus deducatur, 47.  
Terra sancta, & alia occupata ab Infidelibus naturam pristinam conservant, 48.  
Nec Patriarchatum vel Episcopatum amittunt, ibid.  
Recuperata Civitate, bona Cathedralis recuperantur per viam restitutionis, 49.  
Captivitas matrimonium non extinguit carnale, nec spirituale, 50.  
Ecclesia captiva desinit esse loca sacra & religiosa, & quare, 51.  
Private, vel captivatae Ecclesiae differentia quoad Cathedralitatem, 52.  
Frances de Eccles. Cathed.

Restitutionis, ex eo quod cessavit causa, vel quia cessavit delictum quia remissum fuit, differentia, 53.  
Delictum remissum à Papa plenissime cum derogatione iuris Tertii quod operetur, 54.  
Episcopi harum Ecclesiarum locum & honorem ceterorum Episcoporum in omnibus functionibus habent, 55.  
Comes pulsus à Comatu sedere debet inter Comites, 56.  
Episcopi Regulares harum Ecclesiarum, non sunt subiecti Superioribus sui Ordinis, 57.  
Pauperes inferiorem ceteris non facit Episcopum, 58. 130.  
Privilegium loquens de Ecclesiis destrullis, non capit Ecclesias depopulatas, 59.  
Recuperata Cathedrali captiva Patronus omnia recuperat, arma, &c. 60.  
Privilegia & indulgentiae recuperant haec Ecclesiae, 61.  
Cathedrales captivae in quibus differant ab aliis, 62. & seqq.  
Solutus Papa confert has Ecclesias, ibid.  
Ecclesiae Cathedrales captivae Mendicantibus vel Regularibus non possunt conferri, & quare, 63.  
Poma Regularium facientium se promovendi ad has Ecclesias, ibid.  
Saeulares quare non prohibeantur assumi ad has Cathedralis, sicut Regulares, 64. & seqq.  
Regulares qui non proficiant in Episcopatibus, & quare, 65.  
Saeulares an sint aptiores ad Episcopatum Regularibus, 66. 70. 78.  
Theologi, an Iurispreriti, sint aptiores ad Episcopatum, 67. & seqq.  
Questio haec ambigua, 68.  
Theologia, Jus Civile, & Canonicum, quid principaliter pertinet, ibid.  
Iurispreriti inviles esse ad Episcopatum quis dixerit, & quomodo reprehendatur, 69.  
Saeulares quare aptiores Regularibus ad regendum Episcopatum, 71.  
In Episcopo, quae scientia requiritur, 72.  
Imperitus verum saecularium non est ordinandus Episcopus, 73.  
Scientia, & experientia requiritur in Episcopo, 74.  
Scientia temporalium quantum proficiat Episcopo, 75.  
Temporalium scientia quomodo mendum pro gubernatione, 76.  
Episcopus non solum debet habere scientiam utriusque Testamenti, sed etiam Iuris Canonici, 77.  
Regulares non habent scientiam iuris Canonici, 78.  
Ecclesiae captivae quare tam sepe conferuntur per provideantur, 79. & seqq. 83. 85.  
Fr. Franciscus à Pamplona Capuccinus, D. Tiburtinus de Redin in saeculo vocatus, vir nobilitate & sanctitate pollens laudatur, 80.  
Pontifices in ordine ad spiritualia tam in infideles quam in fideles supremam habent potestatem, 81.  
Papa terras Infidelium Christianis Principibus potest donare pro augmento Religionis: ubi exempla, 82.  
Episcopi harum Ecclesiarum creantur ad subveniendum Episcopis senibus & imbecillis, 83.  
Sub quibus conditionibus creantur, 84.  
Congrua, quae dari debet hie Episcopi, ibid.  
Episcopi hi provideantur ne Ecclesia ille captiva derelicta videantur, 85.  
Episcopi Titulares harum Ecclesiarum assunt Romano Pontifici, & quare, 86.  
Nuntii Apostolici quare ex his Episcopis assuntur, 87.  
Ad sedandas discordias praesentia assuntur, 88.  
Episcopis deficientibus ob bella, Titulares mittuntur in Pontificalia exercant, 89.  
Cano reprehenduntur qui hos Episcopos sine causa esse in Ecclesia dicit, 90.  
Episcopus, cuius Cathedra est captiva, & aliquos retinet subditos, in illos omnimodum exercet iurisdictionem, 91. 137.  
Episcopi hi possunt Synodum Diocesanam congregare, 92.  
Episcopus quid possit facere cum subditis suis extra Territorium, quod prohibetur, 93.  
Episcopi hi Titulares possunt Ecclesiis suis mittere Vicarios generales cum omnimoda potestate, 94.  
Isti Vicarii possunt omnia, quae facere licet, Episcopo in longinquis absente, 95.

*vidores, ex in las cosas temporales, para saber bien gobernar y mantener sus Pueblos:* ubi Greg. Lopez. *verb. Artes, & verbo cosas temporales.* Quomodo autem utendum scientia?

76 & studio temporalium? vide late totum 37. *disposit.* & plures quos sequitur Barbof. in *Collect. illius, in princ.* juncto Medicis *supra citato* & fol. 118. Ad idem est text. in *cap. Omnes, disposit.* 38. ubi non solum requiritur in Episcopo scientia novi & veteris Testamenti, sed etiam Canonum; cum iuxta utriusque Regulas debeat iudicare: ex pluribus adductis à Solorzan. d. e. 7. *num. 21.* quod studium & experientiam cum generaliter Regulas non exerceant, mirum non est si aptiores sint seculares data paritate virtutis: ut in puncto resolvit Solorz. d. lib. 3. *cap. 7. num. 15.* & 16. & in *Polit. d. lib. 4. cap. 7. versio. En lo qual, fol. 542.*

79 Insuper videndum est, qua ratione tam sepius in ista Ecclesia captivae hodiernis conferantur temporibus, cum nulla videatur necessitas, stante nulla, vel pauca spe recuperationis? Et quidem duabus de causis conceduntur. Prima & precipua est, ad hos Episcopos invitando ut sua predicatione videant, & experiant, an aliqui conventantur ad fidem, an eorum industria fides Catholica propagari valeat, vel ad hoc ut fideles ibi existentes in fide conserventur, per doctrinam salutarem pabulum nutriantur, & ut omnibus modis fidei dilatio procuretur; ut videre est per ea que scribant Petrus Geogor. *Synag. Iuris lib. 15. cap. 4. num. 45.* Barbof. in *Pastor. tit. 1. cap. 6. num. 16.* ubi aliqua ponit exempla, & passim reperitur in historiis Societatis Jesu, ex eis quos S. Ignatius in Indos pro conversione eorum misit: Ex quibus aliqui, dispensato voto, in Episcopos, vel Patriarchas consecrati fuerunt. Et novissime Fratres Minores Capucini Episcopum, annis retro elapsis, a S. D. N. Papa postularunt pro terra Congi; nam Fr. Franciscus de Plamplona Laicus ejusdem Ordinis, nobili Redinorum familia natus, & D. Tiburtius de Redin anrea in seculo vocatus, & Jacobi stemmate insignitus, & in florenti ætate Militiæ Philippi IV. Hispaniarum Regis Catholici apprimè in Indiarum partibus versatus, à Deo Optimo Maximo meliori militiæ adscriptus, & Capucinorum Ordini receptus Tirafone die 26. Julii 1637. mundi illecebris spreus, nominis & familie sue oblitus, cujus Primogenituram gerebat, amplaque expectativa à D. Martino de Redin ejus Fratris magno tunc Navarra Prioris postea magno Melevitano Magistro relicta, omnibusque cum majoratu abdicatis, in d. Ordine sanctissime & humillime vixit, donec ad convertendas illas barbatas & indomitas gentes missus, de anno 1644. Congum, quas doctrina reducere non valebat, remissusque à Fratribus ad Hispaniam Romam iturus, ubi pluribus à Sede Apostolica gratis obtentis, innumerisque difficultatibus superatis, semel & iterum iter aggressus ad Regnum Darien, tertio tandem ex Romana Curia ad Insulam de la Granado accedens, ad quam non potuit appellere, novam Barcionam veniens, à Domino vocatus feliciter migravit anno 1651. ubi cum sanctitatis fama, nec sine miraculorum gloria obdormivit die 10. Augusti: Sed de his omnibus sanctæ Sedis Apostolicæ expectandum iudicium circa miracula precipue: de cæteris tamen restes sumus; & ita ad laudem Dei & Christianorum exemplum, ea referre volumus. Et hac ratione, Romani Pontifices qui in ordine ad spiritualia, in omnes Fideles & Infideles habent supremam & independentem potestatem, ut late probat Barb. in *Pastor. tit. 3. cap. 2. ex num. 32.* rectè possunt inter Principes Christianos Terras Infidelium dividere & donare; prout Alexander VI. concessit Ferdinando Hispaniarum Regi Catholico, & Joanni II. Portugallie Regi, sub ea tamen conditione ut in conversionem Infidelium tenerent mittere Prædicatores, aliosque Ministros idoneos, qui eisdem Fidei veritatem prædicarent; ut per Cardin. Bellarm. *lib. 5. de Rom. Pont. cap. 2. in fine,* & alios quos sequitur Barbof. d. *cap. 2. num. 41. cum pluribus seqq.*

83 Secunda ratio creandi hos Episcopos, quæ apud Hispanos præcipue frequentissima videtur, est, ut per Coadjutores Episcopos inferioris, semibus, vel aliis impeditis subvenitur: quæ ratio depromitur ex text. in *cap. Pastoralis,*

*cap. petisti, cap. non autem, 7. quæst. 1. cap. ex parte, de Cleric. agror. Barbof. d. cap. 6. num. 17.*

Et hac ratione motus Sanctissimus Pius Quintus decreto suo post Concilium edito, statuit hos Episcopos non esse creandos, nec suffraganeos dandos nisi in Ecclesiis Cardinalialium, & aliis que illos solent habere, certo ipsis stipendio assignato ad minus 200. ducatauri de Camera super fructibus ipsius Ecclesiæ, qui propria autoritate percipi possunt; ut refert Barbof. in *Pastor. alleg. 6. num. 2.* hodie tamen non nisi congruam habent, & Episcopo, cui pro labore ejus sublevando dantur, 500. scuta monetæ super sua mensa, consentiente, conceduntur.

Sed & ultra supradictas rationes, aliæ non minoris ponderationis reddi possunt, quæ probant, etiam nulla existente spe recuperandæ Civitatis, nec pabuli spiritualis ratione habet, necessarios esse in Ecclesiis hos Episcopos. Prima, ne Ecclesiæ illas Captivæ, & ab hostibus occupatæ, per derelictas habendo, eorum violentiæ acquirere videamur: ut in 6. Synodo Constantianopolitana, *Can. 37.* statutum est. Secunda, ut sint qui summo Pontifici in actibus Pontificalibus assistant, nec Episcopi, qui de Jure residere tenentur; ex Trident. *sess. 6. de reform. cap. 1. à suis* 87 *Ecclesiis discedere cogantur.* Tertia, nam Sedes Apostolica Nuncios mittens Ordinibus Episcopalis, propter excellentiam Dignitatis & muneris apud Principes, secundum consuetudinem & decentiam, utriusque obligationi satisfacit, cum eo, qui Populum & Clerum habent, in suis Ecclesiis residere relinquit. Quarta, ad sedandas discordias in aliquo officio circa præeminentias, veluti in Decanatu Rotæ accidisse testatur Ricciolus, qui supradictas enumerat. *d. lib. 2. cap. 7. per totum.* Potest item & alia causa subungi quæ quotidiana est, ut Episcopis senibus succurratur per eum qui Pontificalia exercere possit; & hac ratione in Cathalonia, donec restaurata fuit; & in Portugallia, ubi Episcopi morte consumpti non reperiuntur, his temporibus Episcopi Titulares mittuntur, qui Pontificalia exercant.

Ex dictis iusta cum ratione carpitur Melchior Canus Episcopus Canariensis de *locis Theologicis lib. 5. cap. 7.* ubi hos Episcopos sine causa esse in Ecclesia Dei dicit. Quibus ad versantur præter supradicta, ea quæ ad eorum necessitatem explicat optime Petrus Bollus in *Oeconomia Canonica, Classe 3. cap. 2. §. 4.*

Diximus in principio duobus modis posse contingere Ecclesiam esse Captivam, vel quia populus defecit à fide, atque ideo Episcopus est sine subditis; vel quia per proterviam inimicorum à Episcopi Sedibus suis sunt pulsi, quo casu aliquos retinent subditos, Clerum & Diocesim habent, juxta text. in *Clem. de foro compet. qui in omnibus retinent præeminentias, cum nulla reperitur ratio hujus necessitatis absentis; ut bene resolvit Barbof. in Pastor. d. tit. 1. cap. 6. num. 19.*

Et hinc est, quod isti Episcopi, sive Titulares sint, sive à Sedibus suis pulsi, subditos habentes, possunt cum eis Concilium Dioecesanum congregare sicut ceteri Episcopi, & omnia facere que illi in suos exercent: quod modernis temporibus observatum fuit in Civitate Burgenfi, ubi illius Civitatis Archiepiscopus, Episcopum Titularem habebat, fratrem videlicet Melchiorum Rodriguez Prieto, ex sacro & Militari Ordine B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum sub titulo de Rozen, in partibus Islande sive Hiberniæ assumptus, qui aliquot ex ejus subditis adhibitis, habita primùm à Burgenfi licentia & territorio, Synodum celebravit, aliaque salubria statuit, prout inscriptio Monumenti in Monasterio sui Ordinis testatur. Si vero scire cupias que possit Episcopus cum subditis suis facere extra Territorium positus, quæ autem prohibeantur: Consultate Card. Tusc. *pract. Concl. lit. E. concl. 249. & seq.*

Hinc etiam est, quod isti Episcopi, qui procul à suis Ecclesiis habitant, si missis Vicariis Generalibus, Jurisdictionem ille exercent, omnia facient que ceteri Vicarii Generales exercere possunt, ita ut eis licent quæ omnibus Vicariis licent, Episcopis in remotis agentibus; quare Ordinari possunt, *cap. cum nullis, de tempor. Ordin. in 6. Me. noch.*

noch. de arbitr. *lib. 2. cent. 3. casu 22. num. 9.* quod confusè est dictum, nam hujusmodi facultas ordinandi non alia est, quàm literas dimissorias concedendi; Sbrozius de *Vicar. Episcop. lib. 2. quæst. 9. num. 11.* & per plures quos sequitur Barbof. in *Pastor. alleg. 7. num. 9.* & in *Collect. ad text. in d. cap. cum nullis, num. 16.* Quæ autem distantia requiritur ut Episcopus dici possit in remotis agere? vide Riccium in *praxi aures, resol. 18.* ubi revolvit debere esse ultra montes: per text. in *cap. nihil, de elect. relicti* pluribus aliis opinionibus. Verùm in nostro casu, Judicis arbitrio relinquendum est: per doctrinam Zabarellæ in *Clemen. causam, vers. in remotis, de elect.* cum nulla major detur distantia quàm impossibilitas gubernandi, quæ in his casibus reperitur.

Si verò pro recuperanda Civitate, ubi talis erat Ecclesia captiva, vel in hostium potestate posita bellum moveatur, Episcopi optima cum ratione in exercitum interesse possunt, ad finem consilium præbendi, & milites exhortandi, illorumque absolvendi, & munitæ Episcopalia exercendi; ut resolvit D. Th. 2. 2. q. 4. ar. 2. sicut in Lege veteri legitur, *Isie cap. 6. Dent. cap. 20.* Ad idem est optimus text. in *canone 1. 23. quæst. 2. can. snulla, can. gitor, 23. quæst. 8.* ubi Gloss. *cap. 1. de Trengua, & pace.* Et plura tradit Bobad. in *Polit. lib. 2. cap. 15. num. 7.* & *cap. 1. Mechab. 3.* expressè legitur, Saacerdotes in illis bellis ad debellandum Idololatriam admissi: quod ita temperandum est, ut ipsi manibus suis non accipiant arma, cum hoc eorum statui interdicitur, *cap. Clerici, cap. quicumque, 23. quæst. 8.* & notatur in *cap. scitarius, 7. quæst. 1.* sed ut alios moneant: exemplo ejus quod fecit Josue *cap. 6.* præcipiens Saacerdotibus clangorem tubarum: de latissime plura exempla ponens, & nostrorum Hispanorum Prælatorum consuetudinem antiquam, jam modernis abolitam temporibus reprehendens, idem Bobad. *d. lib. 2. cap. 15. ex num. 19. cum seqq.*

Imò potius illi facultates Principis non sufficerent, & Episcopus eas haberet, contribuere teneretur, ex his que idem docet Bobad. *diff. lib. 2. cap. 18. num. 297. & sequentibus, & num. 317.* & *lib. 5. cap. 5. num. 5. & 6.*

An verò Palatium Episcoporum harum Ecclesiarum, gaudeat immunitate, vide Dianam *resol. moral. par. 6. tract. 1. resol. 5.* & ea que diximus *sup. cap. 29. de domibus seu Palatiis Episcoporum,* & ibi de eorum familiaribus, gaudentibus immunitate ex decreto sacre Congregationis.

Quomodo ergo Episcopi isti, qui aliquam Jurisdictionem sibi competentem exercere volunt, sive aliquam familiaris ex eorum manibus à ministris laicis eripitur, secundum ea que *diff. cap. 29. de Palatiis* diximus, se gerere debeant? Dicat breviter, quod cum non habeant tribunal, neque Jurisdictionem exercent, sicuti ceteri Episcopi extra suas Ecclesias commorantes, ad Ordinatum Ecclesiasticum, in cujus Diocesi commorantur, recurrere debent; ad quem totum negotium, & ejus cognitio spectat: ut notavit Diana *par. 6. tract. 1. resol. 5. in fine.*

Circa privilegia verò, quibus gaudent tam Episcopi quàm Canonici harum Ecclesiarum Cathedralium, & quomodo se gerere debeant, cum Episcopi nullam possint exercere Jurisdictionem? Dicat breviter, quod ad Episcopum, in cujus Diocesi sunt, recurrere debent pro iustitia sibi ministranda: quod si ipse ministrare renuerit, ad Metropolitanum recurendum est: ut suprà declaravit sacra Congregatio Immunitatis, & exequutum fuit cum Alphonso Gonzaga Archiepiscopo Rodeni. super immunitate suorum familiarum etiam laicorum: & ita declaravit sanctissimæ memoriæ Urbanus VIII. de quibus omnibus late Diana, qui ad literam omnia ponit, *p. 6. tr. 2. resol. 4.* quem omnino vide.

Insuper & dubitari potest, restituitur his Ecclesiis, si Ecclesiæ Cathedralis fuerit diruta, ita ut vel restauracione indigeat, vel ea in totum loco æquata fuerit, qua expensis est restauranda, & modo, de quo late diximus *sup. cap. 12. de Templo Ecclesiæ Cathedralis, juncto cap. 13. de reparacione Ecclesiarum,* ubi latissime totam materiam di-

sputavimus: ad quam novam ædificationem sive reparacionem licentia requiritur Superioris, quæ donec habeatur non recuperat sua antiqua privilegia, exemptiones, vel immunitates: ex traditâ Solorzan. de *Indiarum Iure tom. 2. lib. 3. cap. 23. num. 16. & 17.* & in *Polit. Ind. lib. 4. cap. 23. vers. y conformome mas fol. 692.* quæ tamen intelligenda sunt de his quæ illi loco competunt, secus autem in his quæ absque loco conservari possunt, secundum à nobis tradita *suprà, locis idoneis.*

Unum tamen pro Coronide notare volui, quod in his Ecclesiis quæ vel ex manibus Infidelium eripiuntur, & restaurantur, sive in illis quæ de novo eriguntur, habitatoribus ad fidem conversis, aliqua habere in principio permittitur, etiam si omnino non sint illius decoris, quem aliâ Canonice sanctiones requirunt, de quibus vide late Solorzan. de *Ind. iure tom. 2. lib. 1. cap. 24. num. 22.* & in *Polit. Ind. lib. 2. cap. 25. ex vers. y hablando en nuestros Indios, novam seqq.* ubi disputat quæ permitti possunt Novis erigendis ad fidem conversis.

Sed circa Episcopos harum Ecclesiarum de quibusdam dubitari contingit; & Primò, an provideri possint de alio Episcopatu? quod dubium pertractat sepe citatus Riccius *lucubratur. Eccles. d. lib. 2. cap. 8.* & malè ab ipso conceptus est titulus questionis; etenim si Episcopus cuiusdam Ecclesiæ Cathedralis à Rom. Pontifice ad aliam potest transferri, nec in hoc dubium cadit, quomodo de Titularibus dubitare poterat? idque ex rationibus in Ricciulo adductis deducitur. Etenim ratio dubitandi in eo consistit, quod cum Ecclesiæ captive remaneant Cathedrales, ex Gloss. in *cap. Pastoralis, verbo Revertatur, 7. quæst. 1.* & in *Clem. in plerisque, verb. Christiano, de elect.* ubi Cardin. *num. 51. Vitalin. num. 17. & 18.* & talis Ecclesiæ Prelatus, sit verè Episcopus, ut late probavimus *suprà,* & docet idem Riccius *cap. 5.* sequitur quod de alia non potest provideri simul, quia esset Episcopus duarum Ecclesiarum: contra text. in *cap. Qui plures, cap. Vnum, cap. Relatio, 21. qu. 1.* At hoc non probat assumptum, si enim Episcopus cum Ecclesia & Populo potest à Romano Pontifice transferri ad aliam Ecclesiam, statimque ac translatus est, prima vacat; ratio dubitationis non erat circa Translationem, sed circa vacantiam primæ Ecclesiæ captivæ: quare Gregorius in *cap. Pastoralis, 7. qu. 1.* Episcopus Lusitanæ, ab hostibus civitate capta, præfecit Ecclesiæ Schyltanæ; & hac ratione posse ad aliam Ecclesiam transferri tenent Hostiens. Abbas & Card. apud Ricciolum *d. cap. 8. num. 2.* quod idem modernis temporibus observatum fuit cum Fr. Alphonso Requelcens & Fenoller, qui cum in Imperio Episcopus esset Rosonen. quæ urbs est Rosonum nuncupata, sive Castelnovo, in Regno Dalmatiæ, sub Archiepiscopo Ragulino, secundum Aubertum Miræum in *Geographia Ecclesiastica fol. 303. in fine,* Ecclesia sua capta ab hostibus, ab Invictissimo nostro Rege Catholico Philippo IV. Ecclesiæ Barbarensi nominatus, eidem fuit præfectus: quod verius credo, licet in literis ipsius promotionis ab Ecclesia Rosanen. fuisse translatum dicatur, Rosanen. enim Ecclesia, alia est, ut tradit idem Miræus. Sed & in hoc sciendum est, has translationes non esse intelligendas sicut translationes cæterorum, qui Ecclesias habent cum exercitio: etenim in istis per translationem amittitur prima Ecclesia, & ad secundam Prelatus transfertur: in his verò, secundam Ecclesiam in titulum habet Translatam, primam verò ab hostibus occupatam censetur habere quodammodo commendatam: *cap. Qui plures, 21. quæst. 1.* atque ideo provisio de secunda tacitam habet conditionem, ut si quando contingat primam Ecclesiam ab hostibus liberari, & ab Infidelium manibus in pristinum statum reverti, teneatur primam Ecclesiam reassumere: per text. in *d. cap. Pastoralis, 7. qu. 1.* nisi à vinculo, quæ prima Ecclesiæ tenebatur, à Summo Pontifice fuerit liberatus: prout de stylo Romanæ Curie fieri consuevit: ut testatur Riccius *diff. cap. 8. num. 3.*

Quæ doctrina probatur exemplo duarum Dignitatum, quæ cum aliis incompatibiles sint, tamen una potest obtineri in Titulum, alia in Coadjutorium; cum Coadjutoria

33 cicio Pontificaliū; Trid. sess. 14. de reform. cap. 2. Darbof. in *Pastor. alleg.* 6. num. 1. & 4. ubi plures refert; & num. 5. docet nomine Pontificaliū intelligi has actiones, quæ si- bi alias ut Pontifici sunt permissæ: ita Gloss. *verb. à Pontificaliū*, in *Extrav. suscepti regimini*, de elect. & pluribus probat Ricciū. d. lib. 2. cap. 5. num. 19.

34 Et ex hoc Jure redeuntibus Episcopis, seu restituta Civitate, iterum Cathedralis Ecclesia reintegratur, & quasi Jure reddi possimini, ex text. in *cap. ab exordio*, 35. diff. Diana d. par. 12. *tratt. 1. resol. 51.* exemplo Christi, qui postquam venit in fine temporum, extremitatem reduxit ad principium: per quem text. notant DD. quod restituta Civitate ad statum pristinum, propria jura ei restituntur: per text. in *cap. donatum*, 1. *quest. 7. cap. si quis de corpore 26. quest. 6. l. si quis, ff. de servit. rustic.* cum nemini fiat injuria, ex restitutione rei ad pristinum statum, l. *sumus*, §. *quod in specie dotis*, ff. *de pascuis*, & notavit Gloss. in *d. cap. ab exordio*, *verb. ad. Gratian.* num. 23. *Isidor.* Moscon. de *Maisf. milit. Eccles.* lib. 1. cap. 15. in *prime. vers. Constituitur*, in fine.

35 Episcopi verò, & Ecclesiarum Præbendati, licet alios jam obtinuerint tempore decurrente Episcopatus, sive alia beneficia, liberè possunt ad priora redire, ex particulari indulgentia: ut ex text. in *d. c. Pastoralis*, 7. qu. 1. observat Barbof. de *univ. iur. Eccles.* d. lib. 1. cap. 19. n. 38. de quo vide de qua diximus *sup. cap. de Causis privandi Ecclesias sua Cathedralitate*, circa finem, & in puncto Tambur. de *lura Abbatum tom. 1. disp. 16. quest. 18.* Quibus non advertebat text. in *cap. quod diximus*, 16. *quest. 7.* ubi Gloss. *verb. destruita*: ubi Ecclesia destructa, si reedificetur, non reviviscunt ejus privilegia; Quia loquitur de Ecclesia, quæ destruitur auctoritate Superioris; sicut text. in *c. Placuit*, de *Consecr. dist. 1.* ut benè notavit Tambur. *sup. n. 4.* Imò toto tempore quo Ecclesia ista sunt in posse Inheldium, vel inimicorum, licet destructæ, Cathedralis verè sunt, & tales appellari possunt; ut notavit Ricciū. d. *tratt. Incubr. Eccles.* lib. 2. cap. 6. num. 2. in fine: nam ut antea notaverat *cap. n. 1.* Dignitate retenta, etiam quod exercitium cesset per renunciationem, remanet integra Dignitas: imò cum administratio & Ordo Dignitatis separabilia sint, hoc est Dignitas & exercitium, ut in Episcopo notatur in *cap. transmissam*, de *elect.* separato exercitio, non separatur substantia in qua consistit Dignitas: ut in Episcopo notavit idem Ricciū. *c. 4. num. 2. §. 3.* & latus *cap. 5. num. 10.* & quod Cathedrales sint; hoc validissimo probatur argumento: Episcopos captivos remanet Episcopos, adeò ut eo vivente, Ecclesia non possit alteri conferri, & provideri: *cap. 3. de supplen. neglig. Prælat.* & probat in terminis Diana *resol. moral. par. 12. tratt. 1. de Consecr. Episcop. resol. 51.* ergo Ecclesia captiva, Cathedralis remanebit.

41 Et in hac restoratione pro augmento divini cultus, non solum ea quæ in erectionibus Cathedralium requiruntur, servanda sunt; sed & majora si fieri possunt: *Isidor.* Moscon. *d. cap. 15. vers. In quibus erigendis seu restaurandis.*

42 An autem de his præbendis five Canonicibus Captivis faciendæ sit mentio in impetratione alterius beneficii, & an inducant incompatibilitatem dubitare potest in presenti. In qua questione sub distinctione procedendum est, supponendo quod hi Canonicus & præbendæ retinentur, & possessores appellantur Canonici, & præbendæ vacant, & conferuntur, Azor. *Instr. mor. p. 2. lib. 9. cap. 3. q. 1.* vel ad alios recuperandi Civitatem, vel non. In primo casu faciendæ est mentio; in secundo, non est necesse: & ita declaravit Rota apud Garciam de *benef. 5. par. cap. 3. num. 112.* Barbat. *conf. 552. vol. 4. in fine*, Paris. *de refig. benef. lib. 10. quest. 2.* num. 87. Et hoc pacto componitur Rota ubi contraria apud Seraphin. *decis. 392. num. 23.* ubi non esse faciendam mentionem de Cura habituali Parochialis declaravit: cuius tamen contrarium decisum fuit apud eundem *decis. 964. num. 2.* ut optime distinguit Oliver. Beltram. in *addit. ad Ludov. decis. 450. num. 11.* & DD.

46 superius citati: sub qua distinctione resolvendum est idem de obligationibus præbendarum circa obligationem suscipiendi Ordines, & alia particularia Cathedralium: per

ea quæ tradit Barbat. *diff. conf. 532. num. 21.* & num. fin. quæ omnia in necessarium veniunt consequentiam. Quomodo verò cognoscatur an sit spes redeundi? Respondeo quod si Ecclesia fuerit captiva spatio 40. annorum, tunc non est faciendæ mentio, nec inducit incompatibilitatem; ex *divisione à Garcias relata, ubi proxime*, & Beltram. *diff. num. 11.* Secus autem est de Canonici, qui dum captiva est Ecclesia, violentè ingressi sunt in possessionem, quia de his Canonicibus mentionem facere tenentur: Flam. Paris. *d. lib. 10. de refig. benef. cap. 2. nu. 75.* secus autem esset si auctoritate Superioris possiderent, vel destructa esset Cathedralis, vel ad unum reducerentur Capitulum, quia hoc casu nulla spes recuperandi manet: ex latè adductis à Lotter. *de re benef. lib. 1. quest. 14. ex num. 116. usque ad 121.*

Ratio autem omnium supradictorum ea est, quia Terra sancta, Episcopatus, & Ecclesie per Infideles vi occupatae, est populo Christiano careant, non desunt esse res sanctæ & sacre, nec jus & nomen Patriarchatum, Episcopatum, vel Ecclesiarum amiserunt; ut pluribus exemplis & Doctores probat Barbat. *d. conf. 532. num. 11.* & cum ista Ecclesia & earum bona, restituta Civitate, non recuperentur per viam dispensationis, seu aliter gratie, sed per viam restitutionis, ac si nunquam fuissent in alterius potestate, l. *Gallus*, §. *quid si tantum*, ubi DD. *ff. de libor. & postum.* & pluribus probat Jacobatus *d. tratt. de Concil. artic. 2. num. 4.* hinc est quod omnia jura salva manent. Imò Ecclesia ab hostibus occupata non desinit esse Ecclesia, sed remanet adhuc Cathedralis habitus; ut per plures quos sequitur Afflicus, *decis. 18. num. 4.* Ricciū. *cap. 5. num. 7.* rationem reddens, quia sicut Captivitas conjugata non extinguit carnale, *cap. cum bellis*, *cap. cum captivitate*, 34. *quest. 1.* eodem modo neque spirituale: *cap. 3. de supplen. neglig. Prælat.*

Nec refert si opponas, quod Ecclesia occupata ab hostibus, desinit esse sacra & religiosa, l. *cum loca*, ff. *de Relig. & sumpt. funer.* atque ita exui Cathedralitate videtur. Nam hoc provenit non ex eo quod quia Ecclesia fit extincta, sed quia Ministris caret, & eis viduata reperitur: ex Gloss. in *cap. Pastoralis, verb. revertaris*, 7. *quest. 1.* & in *Clem. in plerisque*, de *elect.* juncto Ricciulo *d. cap. 5. num. 8.* quod non tollit quin habitu Cathedralitatem habere possit, & retineat. Secus autem esset, si privaretur Cathedralitate, & postea restitueretur, ut idem Iac. prosequitur *num. 5.* & seq. Et hinc oritur differentia inter restitutionem, quæ fit ex eo quod cessavit causa, & inter eam, quæ fit quia delictum fuit remissum: Nam in ista, misericorditer ratio habetur, idè Dignitatem ex misericordia recuperat: at verò primo casu restituitur ex justitia: optime Jacob. *diff. art. 2. num. 1.* quæ distinctio limitatur, casu quo Pontifex de plenitudine potestatis plenissimam restitutionem concederet derogando juri Tertio quæstio: idem Jacob. *num. 6.*

Et ex eadem ratione Episcopis istis Titularibus idem honor debetur ac cæteris, & sedentam in Capellis publicis, quàm in Consistoriis publicis, & semipublicis, aliisque sessionibus juxta ordinem suæ promotionis, ex Joanne Pichard. *inter Consil. Menoch. conf. 52. num. 89.* Adinstar Comitum expulsi à Comitatu, qui post expeditionem sedere debent inter Comites in loco antea ei debito: ex Doctores quos refert & sequitur Ricciū. *diff. cap. 5. num. 20.* Et eadem ratione Episcopos Titularis non est subiectus Superiori sui Ordinis, si Regularis erat, sed Summo Pontifici: idem Ricciū. *num. 21.* ut latè probavimus *cap. 9. de causis privandi Cathedralis Ecclesias sua Cathedralitate*: in *quest. An private Cathedralis conferuntur honores*. Ubi plura ad propositum huius Capituli, quæ repetere otiosum erit. Cum ergo Jure proprio exerceant Pontificalia, non est cur Episcopali honore fraudari possint, cum accedens non debeat minare substantiam; nam ut ait D. Hieron. in *Epist. ad Evagrium Episcopum*: *Potentia divitiarum aut paupertatis humilitas sublimiora vel inferiorem Episcopum non facit*: de quo est text. in *cap. Legimus in Naia, vers. Poticumque*, 93. *distin. de quibus*

quibus vide plura apud Solorz. *tratt. de la vela honoraria*, ex *num. 191.* & merito spreto hunc ratione paupertatis reprehendunt plures apud Barbof. *Idiotis tantum tribuentes*, *d. cap. 6. num. 17.*

59 Insuper omnia privilegia conservantur: Azor. *Instr. mor. par. 2. lib. 9. cap. 3. quest. 13.* ita tamen quod verba privilegii seu gratie conveniant: Quare privilegium quod tantum loquitur de Ecclesiis destructis, non capit Ecclesias depopulatas, si simul destructæ non fuerint, ut ex *cap. parro*, de *privileg. cum vulgaribus*, tenet Rota apud Pennam *dec. 117. num. 8. secundum Log. d. Impres.*

60 Taliter autem omnia restituntur, quod Patroni antiqui recuperant omnia sibi competentia, & etiam quòd de novo Ecclesia edificetur, Arma, & alia insignia quæ in antiqua posita fuerant, assignanda sunt fornicis, seu columnæ Capellæ novæ: per ea quæ tradit Ludov. *decis. 463. per totam*, de quo etiam alia in *cap. 16. de Capellis*, juncto *cap. 17. de Sepulchris, supr.* notavimus: & de hac materia videndus Tambur. *de lura. Abbat. tom. 1. disp. 16. quest. 18.*

61 & in consequentiam remanet Ecclesie privilegia, & Indulgentia concessæ, ut advertit Azor. *Instr. mor. dist. par. 2. lib. 9. cap. 3. quest. 13. vers. Unde sit*, imò *vers. seq.*

62 Dissertunt autem prædictæ Ecclesie ab aliis Cathedralibus, dum Jure in captivitate sine Clero, Populo, & facultatibus possit; Primo, in provisione: nam licet has Ecclesias tamquam majora beneficia solus possit conferre Rom. Pontifex, *Clem. in plerisque*, de *elect.* ubi DD. Ricciū. *diff. cap. 5. num. 18.* tamen si alicui à Sede fuerit Apostolica indultum circa hujusmodi provisiones, prohibetur eas conferre Mendicantibus fratribus, vel aliis Regularibus; & ratione videlicet quia carentes bonis tam Ecclesie, quam Prælati, nec eis possunt præse: de quo est optimus text. in *d. Clem. in plerisque 5. de elect.* ubi non solum prohibet electionem, verum fit electio, si per ambitionem fecerint consecrari, ad sua reducit Monasteria subijcit Prælati Regularibus, & in penam ambitionis, non solum privat Ecclesiam, verum omni Prælatiura Religionis privatos esse decernit, quatenus effectus dominandi in Ecclesiis adipsendos etibus per perpetuum in Clausuris obedientiam temperetur: & ita per hunc text. tenens communiter DD. ut videre est per Sylvest. in *summa, verbo Electio*, *in primero, quest. 17.* Mirandum in *Manuali Prælat. tom. 2. quest. 23. art. 14. in fine*, Barbof. in *Collect. ad text. in d. cap. in plerisque.*

64 Sed hujus Extravagantis rationem breviter inquiramus, quare scilicet hujusmodi prohibitio potius Regularibus quam secularibus posita sit, cum in utriusque opprobrii loco sit mendicitas, ut *infra* dicemus. In quo credo, ex eo potius Regularibus quam secularibus prohibitum esse, quia necessitas cohibendi potius in illis, quam in istis reperiebatur; ut patet ex *diff. Clem. in plerisque*, quæ semper loquitur de Regularibus, in quibus major timor subest evagationis, & voluntas subtrahendi se à Regula, Clausura, & obedientia: quæ cum in secularibus non militet; mirum non est si prohibitio secularibus Clericis non ponatur: præcipue cum saculares alia obtineant beneficia, ex quibus timor probosæ mendicitatis tollitur.

65 quod in Regularibus non militat, quos sæpè non proficere in Episcopatus ibi ignorancia Juris positivi, & ex inexperientia facti, dicebat Zabac. in *d. Clem. in plerisque, num. 12.* Vivian. *tom. 2. fol. 236. in Rationali*, ad illum text. *vers.*

66 Religiosus per Prælatum: Et ob hanc rationem aptiores esse ad gubernationem Episcopatum Clericos saculares Regularibus credo: relicta contraria sententia quam sequitur Renatus Chopinus *de sacra Polit. lib. 1. tit. 7. num. 27.* pro quo facit Novella Justiniani *6. in princ.* ubi latè probat Cujacius. Non quod non judicem multum conferre ad boni Pastoris rectam administrationem, & gubernium, tum vitæ sanctimoniam, tum scientiam omnimodam ætatis, ut possint eos qui contradicunt arguere, quæ sæpè in Regularibus maxima cum laude reperitur: at tamen hoc respiciendam quæstionem à DD. valde agitaram, quoniam aptiores sint Episcopi, Theologi, vel Jurisperiti? In qua

unusquisque pro sua resolvit facultate. De qua videndi Bobaci. in *Polis. lib. 1. cap. 6. num. 14.* Menoch. plures referens, de *arbit. casu 425.* Plures apud Solorz. *de Ind. iuro tom. 2. lib. 3. cap. 7. num. 20.* & 21. Et in *Polis. Ind. lib. 4. cap. 7. vers. En loqual*, latissime Lotter. *de re benef. lib. 3. quest. 7. ex num. 96. cum pluribus seqq.* Bobadilla in *Politic. lib. 1. cap. 6. num. 14.* Mihi autem semper placuit iudicium Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Lugo qui optime dicit, quod utinam calleant unam vel aliam scientiæ facultatem; quare ambitiosam hanc quæstionem intertationem appellat Cenedo, pluribus relatis in *Collect. 52. ad Decretum, num. 5.* ad text. in *cap. volumus*, 11. *quest. 1.* qui eam ex Trident. *sess. 22. de reform. cap. 2.* resolvit, dum statuitur, non solum ad beneficia curam animarum habentia, sed etiam ad Episcopatus regendos, æqualiter Juris Pontifici peritos atque Theologos eligi posse. Cujus rationes sunt circa gubernium, & assistentiam in Concilio Generali, ubi dogmata fidei tractantur: qua ratione inutiles esse Jusperitos Marc. Antonius de Dominis hereticus postea reconciliatus effutiverat; & tamen utilissimos esse conlat vel ex eo, quia in Jure Canonico Quadringenta Ecclesie dogmata declarata & definita reperuntur, de quibus à Jurisperitis judicandum esse necesse erit: ut pluribus probat Ricciū. *d. cap. 6. num. finali.* Circa quæ vide, & circa auctoritatem utriusque scientiæ tam Theologiæ, quam Jurisprudentiæ vel juris Canonici, & cujus dicto standum sit, resolvendo scientiam Civilem tractare de temporalibus principaliter, Theologiam de Anima, Jus Canonium de utroque: Sperell. cum pluribus *decis. 119. ex num. 71. cum seqq.* Quare ut ad propositum redeamus; *Novell. 6. Justiniani* tam Clericos saculares quam Regulares admittit, supposita vitæ sanctitate & scientia: ait enim; *Sed neque invidiosus existens factorum dogmatum ad Episcopatum accedat.* Prius autem, aut monasticum vitam professus, aut in Clero constitutus, &c. Et quidem supposita virtute & scientia in Clericis secularibus, nescio quia virtutem ponere possit, ut Regulares aptiores judicentur; cum æquè reperiantur aptitudinis exempla pro una parte, quàm pro alia: & relicto quod Divus Joannes Chrysolost. ingenue fatetur frequenter accidisse, & Clausuris vocatos ceteris fuisse ineptiores, teste Solorz. *de Ind. iuro, dist. tom. 2. lib. 3. cap. 7. nu. 16.* etiam Augustinus Christiana Religione lumen, non è solitudine Monachorum, sed ex scholis Rhetorum & vita communi ad regendam Ecclesiam accessus fuit: quod idem de Cypriano certum est. Item & Ambrosius à profana præfectura, nondum Baptismo initiatus; & Chrysolostomus à causis forensibus evocati. Cujus resolutionis ratio est, nam inexperientia rerum, ineptos ad gubernium Regulares facit: & sicut Clerici saculares, Præpositi facti Regularium, manu tentantes & parum securi in principio ambularent gubernationis, ita & eodem modo Regulares in regimine Episcopatus, quoad usque experientia illos reddiderit peritiores, omnia ad modo Clausuri gubernare tentarent: quod feliciter non succederet.

Ultra quod non tantum in Episcopo scientia facta Regibus requiritur, sed etiam peritia rerum secularium; ut probat DD. ex text. in *cap. Legimus, dist. 47.* optimus text. in *cap. unico*, 39. *dist. ubi S. Gregorius Clero & Nobilibus Neapolitan. lib. 8. epist. 40.* cum in regimini debere arcu constitui statuit, qui non solum salutem animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum utilitate & cautela, sciat esse sollicitus: quare imperitium rerum secularium non esse ordinandum in Episcopum, referunt Menoch. *de arbit. casu 426.* Barbof. in *Pastor. par. 1. tit. 2. gloss. 6. num. 7.* Sebast. Medic. in *tratt. de promov. Episc. fol. 101. cum seqq.* quem omnino vide. Et hac ratione eligendos, non solum debere habere scientiam, sed etiam experientiam factorum, notatur Imola in *cap. Grave, num. 4. de præbend.* Menoch. *de arbit. casu 424. in princ.* Barbof. in *Collect. ad text. in d. cap. unico*, 39. *dist. num. 1.* & hac scientiam temporalium adeo necessariam in Prælati judicavit Alfonso IX. Hispaniæ Rex, vocatus *Sapiens* in *leg. 37. in fine, tit. 5. par. 1.* ut scribat: *La tercera cosa de que los Prelados deven ser sabidores*

Ordinare, id est dimissoria concedere possunt, ibid.  
 Episcopus, quando dicatur in remotis esse, 96.  
 Episcopus potest esse in exercitum, cum de recuperanda sua Cathedrali, vel Civitate captiva agitur, & quomodo, 97.  
 Non potest tamen accipere arma, 98.  
 Alias tamen bene potest monere & hortari, 99.  
 Episcopus quo casu tenetur contribuere pro recuperanda civitate, seu Cathedralis captiva, 100.  
 Palatium Episcopi Titularis augendeat immunitate, 101.  
 Episcopi Titulares iniuriam sibi illatam quomodo vendicent, 102.  
 Episcopus in cuius Territorio sunt, habet Jurisdictionem privative quoad ipsos Titulares, 103.  
 Et eam exercet contra iniuriantes hos Episcopos Titulares, sive ipsorum Canonicos, 104.  
 Quod si venerit, ad Metropolitanum appellatur, 105.  
 Familia Episcoporum Titularium gaudet immunitate, 106.  
 Cathedralis captiva diruta, post restitutionem, vel solo aquata, cuius expensis adificanda, 107.  
 Pro adificatione licentia requiritur Superioris, 108.  
 Donec habeatur non recuperata privilegia, immunitates, vel exemptiones. Et quando contra, 109.  
 In recuperatione harum Ecclesiarum aliqua permittuntur, que aliis non permittuntur, 110.  
 Recenter ad fidem conversis qua permittantur, 111.  
 Episcopi Titulares possunt transferri sicut ceteri, 112. & seq.  
 Retinere non possunt primam captivam, & de altera providere, 113.  
 Differentia translationis Episcopi cum exercitum, ac Episcopi Titularis, 114.  
 Episcopus Titularis a Papa translatus, & a vinculo, quo tenebatur absolutus, liber remanet a prima, 115.  
 Prebende due incompatibiles possunt retineri, una in Titulum, alia in Coadiutoriam, 116.  
 Episcopo nunci facti datur Coadiutor cum futura successione, interimque Episcopus Titularis efficitur, 117.  
 Istis Episcopis datur retentio beneficiorum pro Congrua, 118.  
 Dispositio loquens de Episcopo, vel de Cathedrali, an extendatur ad hoc genera Episcoporum & Cathedralium, 120.  
 Cause criminales Episcoporum Titularium a solo Romano Pontifice cognoscuntur, 120.  
 Cause Cathedralium Captivarum ad Sedem pertinent Apostolicam, 122.  
 Secus autem est si privilegium concernat exercitum iurisdictionis, 123.  
 Episcopi harum Cathedralium non possunt concedere Indulgentias nisi subditis, 124.  
 Bonae quaestio ab Episcopo Titulari cui acquirantur, 125.  
 Qui de Spolio tam in Episcopo Titulari, quam in alio, 126.  
 Episcopus Titularis Regularis sibi, non Religioni acquirit, 127.  
 Pontificale acquiritur Ecclesia captiva, 128.  
 Cui tradendum, 129.  
 Cathedralis captiva, vel Episcopi Titulares non contemneri, 130.  
 Episcopus Titularis verum matrimonium spirituale cum Ecclesia sua captiva contrahit, 131.  
 Episcopus Titularis sua renuntiatione, vel aliis non potest praeiudicare sue Ecclesiae, 132.  
 Episcopus pulsus ex civitate captiva, potest procedere contra expulsores, consiliarios, & fautores, 133.  
 Item Capitulum Cathedralis captivae, Sede vacante, 134.  
 Quomodo procedat Capitulum, 135.  
 Episcopus recte potest creari ab Episcopo; Ecclesia vero non potest esse sine Episcopo, 136.  
 Archiepiscopus Nazareth licet Titularis, Cathedrali cum Canonicis & Suffraganeis habet, & ubi, 137.  
 Chorepiscopi, & eorum officium, 138.  
 Chorepiscopi, & Chorepiscopi differentia, ibid.  
 Chorepiscopi alii Episcopi consecrati, alii non, ibid.  
 Episcopi Titulares Pontificalia exercere possunt, Martino Episcopo principali, dimmodo facultas a Capitulo non fuerit sublata, 139.  
 Dimissoria non expirant ad Ordines, mortuo Episcopo, qui eas concessit. Idem de Capitulo Sede vacante, ibid.

Quando liceat extra Ecclesiam Cathedrali officia persolvere, 140.  
 In Oratoribus quibus diebus non liceat celebrare, 141.  
 Episcopi Titulares admittuntur ad Concilia generalia, 142.  
 Exemplis probatur, ibid.  
 Defenditur Paulus III. a calumniis hereticorum in Concilio Tridentino, ex eo: quia ad illud misit Episcopos Titulares, 143.  
 Episcopi Titulares & Canonici quando residere tenentur, 144.  
 Quo habitu, & in quo stallo resident in alienis Ecclesiis ubi sunt Canonici, 145.  
 Quo loco sedere debeant in Congregationibus, etiam si antiquiores sint, & superioris gradus, 146.  
 Quid in Dignitatibus & Canonicis, ibid.  
 Quid de Reliquiis, maxime si iusto bello fuerint ablata, an sint restituenda Ecclesiae, 147.  
 Sicut Athenienses & Romani officia literaria ab officiis militum separabant, teste Plutarcho in Phocione, quem sequitur Bobad. in Polit. lib. 1. cap. 10. num. 12. ita Cathedralis Ecclesias positas in Christianorum finibus, ab Ecclesiis Captivis in partibus Infidelium, & bellorum occasione destructis separare necesse est. Et quidem postquam primus Lucifer Demoniorum Princeps in celo, 2. Jhu. cap. 14. Gen. cap. 9. & 10. bella introduxit, a quo Tubalchaim in terra bellum primus induxit, si credimus Polyd. Virg. de inventoribus rerum, lib. 2. cap. 10. licet communitur Romulo attribueretur, qui postquam Romanam edificavit Civitatem, mille hominum numerum ad arma selegit, ex quo militia nomen assumpsit; ut ex D. Thoma Opusc. 20. lib. 4. cap. 10. observat Bobad. in Polit. lib. 4. cap. 2. num. 7. Ex quo infinita mala Rebus publicis eveniunt, 5 de quibus late Bobad. proxime citatus, & latissime Solorzano Emblemate 89. per totum, quo etiam Gentiles agnoverant, in quo quidem Romani Tertio dicebant, Aeneas 11.  
 Nulla salus bello; pacem te poscimus omnes.  
 Et cum inter tot mala, precipuum, & quod magis inter Christianos deplorandum est, sit Religionis amissio, de quo Bobad. n. 6. in Religione vero tamquam in principali antidoto contra Demonicam rabiem initio nascentis Ecclesie Episcoporum fundati fuerunt, ut omnia cum ordine & sine confusione fierent, ut c. 1. de Ecclesiarum Cathedralium institutione probavimus; ideo post eiusmodi clades quas nostris temporibus in Catalonia Principatu experti sumus, bellorum vi & tempestate omnes Episcopos a suis Sedibus exulimus, omnes Ecclesias viduatas agnovimus, merito de Ecclesiis Captivis tam in potestate Infidelium, quam occasione belli inter Christianos moti, in presenti nobis agendum est.  
 Quotiescumque enim legitimo alia fundata est Cathedralis Ecclesia, & hostium exposita incurribus, in moribus Infidelium laceratur, sicut capta Civitate, cives ipsius Captivi remanent; ita ejus Ecclesia apud hostes manens, captiva item detinetur: quod passim in Alemania nostris accidit temporibus, & in Hibernia hodie experimento quotidiano videmus. Insuper Hispania nostra experta fuit, quando Roderici Regis tempore a Saracenis vastata, omnium Ecclesiarum Cathedralium Patrores exules, earumque Ecclesie captivae remanserunt, nostra CaesarAugustiana excepta, que licet eorum Episcopus Nestus (quem Beatissimum appellabant teste Belsacuto Monacho S. Joannis de Taberna in quadam discursu, qui reperitur ibidem, in libro valde antiquo, a quo sumperunt Blancas in Comment. rerum Aragonen. fol. 6. Carrillo in Catalogo Episcoporum CaesarAuguste in vita ipsius, fol. 233.) ad Montana S. Joannis de la Penna evolaverit, ejusque Cathedralis S. Salvatoris, ubi nunc Metropolis residet, profanata, in majorem Mesquitam Maurorum fuit converta; tamen juxta Beatissimae Virginis del Pilar promissionem factam B. Jacobo Zebedei filio, cui apparuit adhuc in humanis vivens, numquam Christi cultores defecerunt, & tributo Saracenis persoluto, Episcopus semper ibi permansit; verum

rum Cathedrali profanata, in Ecclesia B. Mariae del Pilar fidebatur, ut post alios apertissime videre est per ea quae idem scribit Carrillo fol. 236. sub titulo, Obispos de Zaragoza despues de guerra y ganada per los Moros: donec civitate Dei Optimi Maximi beneficio recuperata ab Imperatore Ildephonso anno 1118. die 18. Decembris, statim eidem Salvatori D. N. Jesu Christo juxta votum ante eidem factum, Ecclesiam Cathedrali restituat, Templum ab spurcicia Mahometana, ejusque abominabilibus & nefandis caremoniis expiavit, Petro Librana tunc temporis Episcopo die 6. Januarii anni sequentis in Pontificalibus celebrante, urbe in laetitia exultante, Imperator gratias Deo agente, quae usque nunc in maximum crevit honorem, & in dies crescit, ut expressè fateatur Zurita in Indice rerum Aragonie anno 1118. fol. 52. Carrillo ubi sup. fol. 240. sub titulo, Obispos de Zaragoza despues de ser cobrada de los Moros: de quo longum poteram facere tractatum: qui verò hanc materiam, incuria Scriptorum penè memoria hominum delatam, plenissime ab oblivione vindicant & restitutam videre cupit, consulat novissime Joannem de Arruego in integro Tractatu, cui titulus est, Cathedra Episcopi de Zaragoza en el Templo de San Salvador desde la primitiva Iglesia. Consultat etiam Tractatum quem post haec scripta edidimus de eadem materia, de unica & perenni Cathedralitate CaesarAugustana in Templo S. Salvatoris, adversus R. P. M. Fr. Joannem Baptistam de Lezana. Sed nunc ad institutum redeamus.  
 Ista autem Ecclesiae in manibus inimicorum detenta, Cathedralis, sicut antea erant, vel Metropolitanam remanent: text. in Clemen. in plurique, v. Volentes, ibi: Cathedralis Ecclesia sibi qualitercumque subiecta, qua Clero careat, & subditis Christianis, & c. de elect. ad idem est text. in cap. Pastoralis, 7. quæst. 1. Gratian. discept. 291. num. 66. Barbof. de univers. Jure Eccl. lib. 1. cap. 19. num. 38. ut patet ex dictis a Riccio lucubrat. Eccl. lib. 2. cap. 8. num. 1. & latius ex infra dicendis patebit, & diximus cap. 9. de caus. privan. Eccl. sua Cathedr. num. 151. & ad eas assumpti verè & proficere sunt Episcopi, quos Itali Nullatenenses appellant, Gratian. discept. 292. num. 66. Jacobat. de Concil. lib. 1. pag. 70. & 84. Mandos. in Reg. 26. Cancell. qu. 4. num. 5. Barbof. in Pastor. tit. 1. cap. 6. num. 15. sive Titulares, ut idem testatur Barbof. tit. 3. cap. 2. num. 47. Hispani vero Annulares, sive de Anulo, Galli, Portualites, idem Barbof. d. num. 47. Commodatitios alios appellat, teste Quintino in repet. text. in cap. De multis, num. 50. de prebend. nonnuncquam etiam Ambulativi, Portativi, & Mobiles nuncupantur; Petr. Gregor. Syntag. horis lib. 1. cap. 12. num. 44. & aliqua notatione ymimus cap. 6. num. 176. Atque ita alii sine causa positos esse in Ecclesia, alii non esse verè Episcopos affirmant: cujus contrarium adeo verum est, ut aliter cum pernicitate eos non esse Episcopos, hereticum sit; ut bene probat Barbof. d. tit. cap. 6. num. 5. & ulterius probatur ex l. 1. C. de nudo iure Quirit. tollen. & ex his quæ docet Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. casu 68. num. 63. latissime cum pluribus Riccio lucubrat. Eccl. lib. 2. cap. 5. per totum, qui late materiam pertractat; precipue lib. 2. de consecr. Episc. resol. 51.  
 Hinc est quod ad talem Episcopatum rectè quis promoveri potest per Papam, sive de ejus mandato, ut notavit Mandos. ad Reg. 26. Cancell. qu. 4. num. 11. licet beneficia quæ promotor ante promotionem habebat non vacent, sicut ceterorum Episcoporum vacant; ex d. Reg. 26. Cancell. Et ratio est quia non simpliciter vacant per assumptionem, sive promotionem ad Episcopatum, nisi post provisionem, Consecrationem, & Consecrationem, etiam facillimam adeptus sit possessionem, c. cum in curia, s. cum vero, de elect. & de stylo Curie Romanae testatur Mandos. ubi proxime num. 4. Riccius in praxi Episcoporum Titularium, resol. 434. tom. 2. in novissima. Cui etiam stylo adhaeret Cancelleria Apostolica, qua attendi debet, cap. porcella, ibi: Cum igitur a Cancelleria nostra: de Confirm. nihil vel institui, Roman. conf. 376. Gomez num. 5. Cum ergo Episcopi istum numquam possessionem suarum Ecclesiarum accipiant, consequens est nec eorum beneficia antea possessa vacare; licet enim

habeant Ecclesiam, tamen illam sine administratione tenent: ex Saranen. in Regul. de Annal. quæst. 47. vers. Accedit etiam, Mandos. supra num. fin. Quod vetius puto, religiosa contraria opinione, quam ex Cardin. & Rebuffi sequitur Gratian. dist. discept. 291. num. 68. ut optime & pluribus late probat Ludov. Gomezus in Regul. de Annal. quæst. 47. vers. Accedit etiam: sed de hoc vide infra numer. 137.  
 Verum hoc non obstante ad Concilium Generale vocandi sunt, & vocem habent decisivam, sicut ceteri Episcopi, cum teneant Dignitatem Episcopalem: cap. legimus, vers. Vbiunque, dist. 93. Et omnia eis competunt quæ coherent personæ Episcopi, quasi sint Episcopi Generales, licet non admittant, & sic omnia possunt quæ sunt Ordinis & Dignitatis Episcopalis, cum solum careant loco: ita Gratian. discept. 291. num. 60. Plures apud Dianam resol. moral. p. 6. tract. 1. resol. 5. vers. secundo Privilegium: Plures apud Riccium cap. 6. num. 1. qui latissime contrariis respondet. Cum hac tamen differentia, quod eos præcedunt omnes alii qui Ecclesias habent, Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 2. tom. 21. fol. 209. cum quo concordat Barbof. in Pastor. tit. 1. cap. 6. num. 20. prout etiam idem procedit in Archiepiscopis & Patriarchis, qui nudi sunt nominis Episcopi, ut docet Menoch. de arbit. d. lib. 2. cent. 1. casu 68. num. 63. ad differentiam 23. Comitum a fortuna lapsorum, qui non retinent Dignitatem, licet nudum nomen retineant: ut post Menoch. & Alciat. videt Gratian. d. discept. 291. ex n. 60. usque ad 64. licet tamen non desint qui putent non esse opus eos ad Concilium vocare, quia non habent Jurisdictionem, & totum negotium Concilii in ea fundatur, ut videtur est per eos quos refert Cenedo Collect. 108. ad Decretal. n. 3. cum quo transire videtur Barbof. in Collect. ad eundem text. nu. 4. Verum mihi contraria placet, & omnino tenenda; nam licet isti Episcopi in actu non habeant Jurisdictionem, in habitu tamen eam exercent: Quare nulla est ratio cur a functionibus & præminentibus Episcoporum arceantur: Nam si Concilium Generale componitur ex convocatis Romano Pontifice Prelatis, qui debent esse omnes universales Ecclesie Episcopi, per plures quos sequitur Cenedo n. 4. Barbof. eod. num. & in Pastor. alleg. 93. num. 2. quare isti expellendi sunt? talis itaque est mos antiquus Romanae Ecclesie, qua quatuor Patriarchas vocare consuevit, ex Cærem. Rom. lib. 5. cap. 2. tit. de his qui vocem habent deliberativam: quos tamen Titulares Ecclesiarum existentium in partibus Infidelium esse constat; ut animadvertit Riccius d. lib. 2. quæst. 6. 27. num. 2. qui fundatur in eo; Nam cum in Concilio Generali non transigitur ratiō Jurisdictionis Episcopalis, sed ratiō Dignitatis, quam verè habent Titulares, ut diximus; nulla est ratio cur excludendi sint. Et hac ratione non admittuntur in Concilio antequam habeant munus Consecrationis: l. inter corporalia, de excess. Prelat. Et nulla datur differentia in votis, ratiōne majoris seu amplioris Dignitatis; nec ligant minus decreta excellentis in Concilio, quam absentium; nec opus est quod totius orbis Episcopi assint, quia cum agitur de Ordine Episcopali, omnia sunt communia omnibus; ut advertit Riccius num. 3. Praecipue cum vocatio illa Episcoporum ad Concilium, suffragium, non tamquam Episcopi alicujus Ecclesie, sed tamquam successorum Apostolorum, & in eorum loco sufficere habeant; c. in novo, cum seq. 21. dist. cap. fin. 68. dist. Ex quo secularia Ecclesia institutione, a principio per totum orbem Jurisdictionem exercebant; juxta late a nobis tradita cap. 2. sup. A quo tempore Ecclesia Cathedralis inceptorum: ergo non carent Jurisdictione, licet careant exercitio; & exemplo Apostolorum probat idem Riccius cap. 5. n. 11. quæ Jurisdictio suspensa est ratiōne Captivitatis, ut docet Diana resol. moral. p. 12. tract. 1. de conf. Episc. resol. 77. & recuperata Civitate non indiget Episcopus nova Jurisdictione ad exercenda omnia quæ ad eum spectant, sed absque nova potestate exercent, ut idem notavit Diana ibid.  
 Insuper licet Pontificalia exercent, tamen alienos subditos quamvis in loco nullius Diocesis, vel in aliorum Episcoporum Diocesis sine proprii Ordinarii licentia Ordinare non possunt, sub prena suspensionis per annum ab exercitio

ria de per se non inducat incompatibilitatem cum alio beneficio incompatibili: late Gonzal. ad Regul. 8. Cancel. gloss. 5. §. 9. a num. 94. Garcia de benef. 4. p. cap. 5. a num. 123. & ita videmus Episcopo inuiti propter senectutem Coadjutorem dari, cui Ecclesia in partibus infidelium interim assignatur; ut his temporibus in Ecclesia. Oscenti D. Francisco Navarro de Lugi, primò fuit datus Coadjutor D. Petrus Balforga, per cuius obitum fuit datus D. Stephanus Delsmit cum futura successione, ambo tamen Episcopi Titulares interim fuerunt. Et hac ratione, ut omnis tollatur dubitatio, Episcopis istis ratione Congruè à Papa datur retentio beneficiorum antea possessorum; ut citatis Achilli. decis. 2. num. 2. & 3. de elect. Navarr. conf. 21. lit. F. de praben. Mandol. in Regul. 26. quast. 4. Patil. de vest. benef. lib. 3. quast. 6. num. 49. defendit Ricciulus cap. 9. ne aliàs sicut cetera vacant per ademptionem Episcopatus statim Consecratione sequuta, cap. cum in cunctis 8. §. cum verò, de elect.

117 Jamque ex dictis resolvenda venit questio, an dispositio loquens de Episcopo seu de Ecclesia Cathedrali, ad hos etiam extendatur? In qua breviter dicendum existimo, quòd cum Titularis verè & propriè sit Episcopus, ejusque sponsa Cathedralis, necessario extendi debet; imò comprehendì, ex Bald. in Auth. licentiam, Cod. de sacros. Eccl. Siman. de Cathal. instit. tit. 25. num. 12. Ricciulo cap. 10. n. 1. qui inde deducit, quòd quando in dispositione habetur ratio ad splendorem Dignitatis, tunc absque dubio habet locum; & hac ratione cause Criminales Titularium à solo Summo Pontifice cognoscuntur, juxta dispositionem Trident. sess. 24. cap. 5. de reformat. Siman. & Ricciulus supra, & eadem ratione cause Cathedralium istarum, sicut & ceterarum, ad Sedem Apostolicam sunt deferendæ; Monet. de commut. ultim. volum. cap. 11. num. 261. Secus autem esset si diversè militaret ratio, prout videre est si privilegium concerneret exercitium Jurisdictionis, quo caret Episcopus Titularis: cap. inter corporalia, de translat. Pralat. qui indulgentias concedere non valet nisi subditis, cap. 4. de penitent. & remission. cap. 1. §. 9. qu. 2. vide alia exempla apud Ricciulum d. c. 10. n. 3. & seq.

118 Majorè difficultatè continet investigare circa bona quæ sita ab Episcopo Titulari, cui scilicet acquiritur? Et quidem quòd ad præsentem Tractatum spectat, non eget disputatione, nisi tantum casu quo bona spoliòrum Episcoporum ad Ecclesias pertinerent Cathedralis, cum diversè sint constitutiones locorum citata spolia: ut notavit Ricciulus d. cap. 10. nu. 7. docens de ea re extare optimam decisionem Ludov. 401. quæ de Ecclesia actualiter exercente Cathedralitate loquitur: quare cum Episcopi hi sibi sicut ceteri acquirant, nec quæ sita Religioni, etiam si Regulares sint, acquirantur, ut ex Suarez observat Ricciulus d. num. 7. late Solorzano in Polit. Indiar. lib. 4. cap. 11. vers. Ydemus deest, ubi plures citat fol. 592. vide eundem ex pag. 190. ergo acquiritur alteri: sed Ecclesia ista Captiva juxta sua non amittit, ut probavimus; ergo ad ipsam pertinent. Cui tamen interim tradenda sunt ista bona custodiam? dicas quòd persona seu curator debet deputari cui tradantur, exemplo minorum, quorum beneficio gaudere Ecclesias dubitandum non est.

119 Ergo ex supradictis satis superque constat, minus rectè aliquos Episcopos, Titulares hos Ecclesiasque istas Cathedralis in manibus Infidelium positas contemnere, cum ubicumque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive alibi, ejusdem meriti est & Sacerdotii, quia potentia divitiarum, & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit: cap. Legimus, 93. dist. unde rectè in vehe contra illos, qui Episcopos colunt ex divitiis, pauperes verò contemnunt, Barbof. in Collect. ibi, num. 1. quòd idem de ipsorum Cathedralibus dicendum est.

120 Sed cum hanc questionem in Antonio Ricciulo citato loco invenirem, sola ratioe proposita supra pertractatam, eam postè accepti ab eruditissimo & sapientissimo Magistro omnium Magistrorum Hispaniae D. Joannes de Solorzano in Politica Indiana d. lib. 4. cap. 11. vers. mas difficult ad

cum pluribus seqq. fol. 590. ubi eam ex professo pertractat, docens matrimonium verum spirituale contrahi inter hos Episcopos Titulares & suas Ecclesias, l. inter corporalia, de translat. Episcop. & per text. in cap. sicut aliter uxar, 7. qu. 1. & pluribus rationibus late probat Anton. Diana resol. mor. par. 1. 2. trafl. 1. de Consecr. Episcop. resol. 51. quem omnino videas. Unde Episcopos Titulares sua renunciatione, vel aliàs Ecclesiæ suæ captivæ præjudicare non potest: Capycius decis. 200. per totam, Barbof. in Pastor. allegat. 114. nu. 22. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 32. num. 68. plures apud Solorzan. qui veritatem dicit sup. in vers. y assi en terminos de nuestra question: ubi latius questionem videre poteris. Ex quibus colligitur malè Riccium in praxi Episcoporum Titularium, resol. 437. tom. 2. judicasse non facere spolia hos Episcopos; quia bona non habent nisi ea, quæ acquirunt ex sua industria, vel patrimonialia: nam hoc probat ex his non facere spoliū, secus autem est si bona spolio obnoxia haberent, ut supponitur in questione.

Nec in hac materia omittendum est, Captiva Ecclesia, Episcopoque pulso & ab ea ejecto, manere apud ipsum non solum ea quæ sunt Ordinis Episcopalis, cap. pastoralis, 7. qu. 1. sed etiam exercitium Jurisdictionis contra expulsores, eorumque consiliarios & fautores, ac inter subditos suos; servata forma Clem. 1. de foro comper. ut citato Navar. commen. 3. de Regular. num. 46. & Sanchez in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 7. tenet Ricciulus, lucubræ. Ecclesiast. d. lib. 2. cap. 4. num. 3.

Ex dictis inferitur, eandem ipsam Jurisdictionem manere apud ipsum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, cum dubitate non liceat Capitulum succedere in omni Jurisdictione contentiosa, Sede Episcopali vacante, Rota apud Merlinum in Pampilonen. hris visitandis, 15. Decembris 1623. decis. 84. num. 2. & innumèris relatis tenet Barbof. de Canon. cap. 42. num. 61. de univers. hris. Eccl. lib. 1. cap. 32. eodem numero. Nec retrahimur ex impossibilitate modo procedendi: cum remanentibus Canonicis, qui Capitulum constituere possunt, eo modo suo casu procedere possunt ac Episcopus, Territorium videlicet petendo ab eo in cujus sunt Jurisdictione.

Verum scias Lector, differentiam in hac materia dari inter Episcopum & Cathedralè, de qua in præsentem capite est sermo; etenim ut probavimus, Cathedralis non potest esse sine Episcopo actu vel habitu, Episcopus autem rectè potest consecrari absque destinatione Ecclesiæ vel civitatis, cum non repugnet supremæ potestati Romani Pontificis aliquem affumere in Episcopalem Ordinem absque designatione Ecclesiæ, populi, vel Cleri, quæ omnia Jus sunt positivi; licet hoc rarissimè fieri debeat, cum repugnet universali usui: ut latius videri potest per ea quæ docet Antoninus Diana resol. mor. par. 12. trafl. 1. de Consecr. Episcop. resol. 77. Quibus ego addo hoc non esse novum in Ecclesia, quandoquidem ut supra ostendimus, initio populi Christiani, Episcopi universaliter designabatur, & universalem exercebant potestatem, licet divisim Diocessibus, unicuique suus fuerit designatus Pastor & Rector.

Verum quia pluribus in locis diximus, Episcopos harum Cathedralium non carere Jurisdictione, sed exercitio, & quòd dato loco ubi Jurisdictionem exerceant, sicut ceteri uritur illius exercitio, notandum est dari Ecclesiam Captivam, cujus Cathedralis durat in alium translata locum: & quia Metropolitanam est, non solum omnia jura Cathedralia exerceat, verum etiam jus Metropolitanum in Suffraganeos: ea est Nazareth Ecclesia, cujus Archiepiscopus licet Titularis sit, tamen Ecclesiam habet in Castro Baroli Tranenfis Diocesis in regno Neapolitano in Apulegia, sub invocatione S. Mariæ Nazareth, cum Capitulo, Canonicis, & Clero, & intra dictam Ecclesiam habet Jurisdictionem, & utitur insignibus Archiepiscopatibus, ut omnia notavit Pyrrho Corrado à Terrano in praxi dispensationum Apostolicarum, post tractatum in cap. eius titulus est, Episcopatum omnium totius orbis exacta descriptio, fol. 689. circa finem: cujus verba prius posuerat, eandem observationem notans, Barbof. in Pastor. tit. 1. cap. 7. fol. 366. Sic

Sic etiam Episcopus aliquando reperitur, qui verè Episcopus consecratus est, & tamen nulli Ecclesiæ designatus, etiam ex his, quæ in tabulis sunt Infraditum: ex cuius genere aliquando Chorepiscopi sebant, qui omnia munia Episcopalia exercebant, cum veri fuissent Episcopi consecrati: non sic alii Chorepiscopi, qui olim Presbyteri quidem in pagis aut oppidulis curam animarum gerebant loco Episcoporum, ut nunc ferè Parochi faciunt; ut optime notavit Bellarminus in controversis tom. 1. lib. 1. cap. 17. ubi de officio horum Chorepiscoporū tam consecratorum, quos loco Episcoporum Titularium hujus temporis esse dicit, quàm non consecratorum agit: de quibus videntur fuisse quæ diximus cap. 1. præcipue num. 142. ubi differentiam constituit inter Coepiscopos & Chorepiscopos; ita ut Episcopi senio consecrati Coepiscopi, potius quam Episcopi dentur, sicut etiam impeditis: de quibus omnibus pluribus exemplis videntur late Halliet de sacris ord. & elect. tit. quot Episcopi ordinent, art. 2. §. 4. num. 30. quem omnino videas ex pag. 195. num. 23. cum seqq.

Nec incongrue hic dubitari poterit, an hi Episcopi Titulares, qui veluti Coadjutores Episcoporum senium vel debilibus dantur, seu quilibet alius intra terminos alicujus Episcopatus non sui emittens, de licentia proprii Episcopi Pontificali exercens, mortuo Episcopo principali absque nova Capitali Sede vacante, illa omnia exercere possint? In quo breviter dico, quòd si à Capitulo Sede vacante revocata non fuerit facultas, illa rectè poterunt exercere, Ordines conferre, & omnia facere, quæ vivente Episcopo licite faciebant; nam gratia facta non expirat morte concedentis quando data fuit absque temporis præscriptione, eo modo quo Dimissio datus ab Episcopo postea mortuo potest quis ad factos Ordines promoveri; sicut etiam Dimissio Tituli Sede vacante, ingresso postea possessione novo Episcopo: de quibus omnibus late Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 28. num. 64. & §. 3. Portel. tom. 2. resol. moral. casu 71. num. 4. & seqq.

Circa obligationem celebrandi quotidie in Cathedralibus, de qua in c. 1. adolentes, de Celebr. Missar. cum aliis: dicas in his Ecclesiis dari simile præceptum quotiescumque commodè potest adimpleri ita ut stantibus Ecclesiis veluti illa de Nazareth, de qua sup. num. 138. absque dubio celebrandum est, ut ibi practicatur; sin minus, si alibi celebrari potest, credo non cessare præceptum, cum certum sit; per ea quæ docet Daniel de Nobilibus in disput. seu controu. hris. tom. 1. disp. 44. num. 3. per hæc verba: Verum cum multis in locis vel ob bellorum ruinas, vel incendia diruerentur matrices, celebrari capitum est in quibusdam Oratoriis seu Sacellis nondum consecratis, cap. Concilium, 50. dist. in quibus tamen tractu temporis Concilium Agatense celebrari prohibuit in præcipuis anni festivitibus, in Natali scilicet Domini, Ascensione, & nonnullis aliis, ut tradit Contactus Benuus in trafl. de Cærem. lib. 4. cap. 1.

Diximus supra à num. 55. eundem honorem deberi his Episcopis Titularibus, qui debetur ceteris: unde etiam admitti debent ad Concilia Generalia, eo modo quo in Concilio Tridentino fuerunt admitti, Olaus Magnus Archiepiscopus Upsallensis in Suecia, & Robertus Venancius Archiepiscopus Armarchensis in Hibernia, quos Paulus Tertius suis sumptibus sustentabat; & idè de illorum assistentia Hæretici murmurabant, quorum cavillationem & malignam garrulitatem optime & eruditè refellit Cardinalis Sforza Palavicinus in historia Concilii Tridentini, lib. 6. cap. 3. num. 6. imò residere tenentur Canonici & Episcopi, quoties id commodè fieri potest: & hac de causa in Bullis dispensatur residentia Episcoporum quotusque à Metropolitanò vocentur, vel possint residere: de quo videntur fuisse Pyrrus Corradus in praxi dispens. Apostolic. lib. 5. cap. 8. num. 6. Squillante de privi. Episcop. 1. p. cap. 2. num. 26. & seq. ubi num. 29. disputat quomodo hi Episcopi recinentes Canonici vacent in alia Cathedrali debeant sedere, & quo habitu residere: de quo suo loco Deo dante dicemus.

Sed tamen advertas tam Episcopos Ecclesiarum Captivarum, quàm earum Canonicos & Dignitates concurrentes cum Episcopis & Canonicis populū habentibus, &

administrationem, esse ponendos in ultimo loco respectivè: etiam antiquiores sint: quia Dignitas cum administratione est major, sicut etiam cum Jurisdictione, & præcedere debet: late cum pluribus Ferro Manrique de præcedentiis Episcoporum, quast. 27. num. 7. ubi probat hoc idem procedere, etiam si habens administrationem sit minor non habente administrationem, seu in loco administrationis: per ea quæ dixerat qu. 4. num. 6.

Sed verò in bello iusto fuerint captæ Reliquiæ, an justè retineri possint à capientibus absque onere restitutionis? affirmat Ferrando in disquis. Reliquiar. lib. 1. cap. 8. art. 3. quia Reliquiæ sicut alia transeunt omnia in capientem: sed contrarium docet late Diana resol. moral. p. 10. trafl. 6. resol. 74. quia negat hoc procedere in bonis Ecclesiasticis, quæ non comprehenduntur in ratione communi Justitiæ belli: vide ibi latissimè.

CAPUT XXXIII.

De differentia, superioritate, & præcedentiis Ecclesiarum Cathedralium inter se.

S V M M A R I V M.

Christus Dominus quomodo sedavit contentione Discipulorum de superioritate inter ipsos, 1.

Divisio perniciosa, unio utilis: & quare, 2.

Seditio ex qua causari solet in communitate, 3.

Pace conservatur, discordia verò interit bonum publicum, 4.

Peccata Superiorum in exempla trahuntur, 5.

Peccata sunt maiora ex persona peccantis, 6.

Papa peccanti quomodo succurrendum, ibid.

Papam plures tenet Diabolus quam totum mundum, ibid.

Tituli & honores quando sint abiciendi, & quando conservandi, 7.

Santus Paulus quomodo de Apostolatu gloriabatur, 8.

Ecclesia Dei Miliana ad modum Triumphantis ordine Hierarchico disponitur, & quare, 9.

Honores quare conservandi, 10.

In celo unaquæque Hierarchia suum conservat gradum, 11.

Regina Sabba obstupuit Domum Salomonis ingressa, & quare, 12.

Ex ordine Dignitas uniuscuiusque conservatur, 13.

Domitius Senatoris viri abile dictum, 14.

Craffi Senatoris dictum simile, 15.

Honor debetur Superiori, 16.

Humilitatis causa gradum publicum contemnere non est licitum, 17. 19. 24. 25. 54.

Quid in particularibus, 18.

Divi Thlaris admirabile dictum, & stupendum miraculum, 19.

Humilitas ex quibus causis vitietur, 20. 24.

Honores armis possunt defendi, 21.

Humilitas quomodo custodienda in defendendo locum, & in adipiscendo, 22.

Ecclesie Cathedralis superioritati & loca honorifico non possunt renuntiare, 23.

Si minor præcedat maiorem, monstruosum, 24.

Contra affectantes primas Sedes an sit præsumendum, 25.

Episcopalis Ordo est sublimioribus Ecclesia, 26.

Superioritas Cathedralium ex quo originem habet, & quando incipit, 27. 37. 39.

Divisio Imperii Constantinensi inter filios, & quomodo facta, 28.

Superioritas Episcoporum, 29.

Augusta quibus privilegiis fungitur, 30.

Dignitas inter coniuges, 31.

Vir & uxor omnia debent habere communia, 32.

Mulier gaudet nobilitate viri, & quare, 33.

Argumentum valet à matrimonio carnali ad spirituale, 34.

Homo nobilitat Provinciam, non e contra, 35.

Coniux Principis ceteris præfertur, 36.

Capitulo Cathedralis communicantur privilegia Episcopi, in simul cum eo concurrenti, 38.